

Fepitica nov

*aus in Litone amme
aus Rom*

A. Christian

1889.

236
Nia g^{Asen 990}agunformation i. Lioland.

Von i Artikel sind anfangs 8.

- 1) Benni
- 2) Simonis Rippe +
- 3) Prof. Lönning +
- 4) Gulene +
- 5) Nordland +
- 6) Kristiani-Karjel +
- 7) Emmann St. Peter +
- 8) Weinert-Talsen +
- 9) Dr. G. v. Öttinger-Drp. +
- 10) Dr. Voß-Kij
- 11) Wieselgren-Stockh. +
- 12) Malinström - - +
- 13) Willy Rudolff
- 14) Prof. Kaismann +
- 15) G. Fränck-Strom +
- 16) G. Kirckhoff-St. Wenden
- 17) Simon. Kofmann Berlin
- 18) Schirre
- 19) Sjögren iud. Kungälv, Svensen +
- 20) Prof. Aricane +
- 21) All. Voß. +
- 22) waltz, Borbeten.
- 23) Sol. Künnerer. +
- 24) Mann in Valm +
- 25) Auerle, Gering, Witte +

Officia ^a Objeta - widninski Öttinger.

(Nove Serie) 1.

92

Annuae litterae Soc. Jesu
anni 1583

Romae in collegio eisdem Societatis 1585.

pg. 79. Provincia Polonia.

Constat universa Polonia quindecim circiter domi-
ciliis, sociis prope trecentis. In Braunschurgenfi
modo quinquaginta, modo septuaginta fuerunt. In
Pultoviensi duodeviginti Rigaе sex, Dorpa:
ti septem - - -

Collegium Rigenfe, pg. 96 - 101.

Novum et recens est Rigenfe collegium, cujus con-
stituendi ratio ea fuit. Rex Poloniae, pace cum Moscho
confecta ac Livonia recuperata, cum Rigan, quae
Livoniae metropolis est, pervenisset, nihil prius ha-
buit, quam ut a civibus templum quoque Jacobo
sacrum et monasterium S. Magdalenae recupera-
ret; cumque alios sacerdotes catholicos non haberet,
voluit illic unus e nostris tantisper haerere, do-
nec litteris ad Generalem datis, plures ad hanc vineam
operas evocaret. Scripsit et ad Summum Pontificem,
postulans e societate quamplurimos, ei tamen duo-
decim circiter promissi sunt, ii que e variis collecti
provinciis die Cinerum una cum provinciali Rigan
venerunt.

Reliquit hic provincialis sacerdotes quattuor.

Duosque fratres, decimoque post die cum sociis
 totidem ad alteram quasi coloniam deducendam
 Dorpatum se contulit, de qua posterius dicemus.
 Riga autem sedulo curatur, ut haeresibus inquina-
 ta civitas concionum praesidiis pristino religionis
 splendori reddatur: officiant haereticorum mini-
 stri decem, qui quotidianis concionum zibaniis
 divini verbi triticum pene suffocant; effectum
 tamen aliquid est et ab haeresibus erepti complu-
 res. Sacerdos meditationum nostrarum beneficio,
 cum e medicis stupris atque haeresibus emerisset,
 et haesim in templo nostro publice ejuravit et
 a mulierum familiaritate discessit. In Ruthenis
ea saepe supplerimus in baptismo, quae in hujus-
cemodi schismaticis desiderari solent: cumque in
 hac civitate sit nemo, qui sacramenta catholica ritu
 ministret, Karoeki munus obendum nobis fuit
 baptizandique nonnulli. Interdum autem et pro-
 digiis miraculisque deus, quantis in erroribus hae-
 retici versantur, ostendit. Rigaie Ruthenus qui-
 dam cum saepe admoneretur a catholicis, ut
 cum Romana ecclesia rediret in gratiam, semper
 autem obsurdesceret, sine poenitentia decessit. Ex
 eo die varia in ejus aedibus spectra se domesti-
 cis offerbant, aspidibus auferbantur men-
 sae, nemine comparente, cubiculorum fores non
 modo persulis, sed etiam sera pensili obfirma-

↳ Pūukh

↳ Sūmitol.

↳ Kōmā.

↳ Kōmā
Sūmitol.

tiae totis cardinibus evertebantur, e summis ae-
 dibus lapides jaciebantur ingentes, pice foedati,
 quos se tractasse perhibet sacerdos e nostris.
 Quidam autem colonus, quem pater idem se
 vidisse affirmat, adeo graviter est vulneratus,
 in vertice, ut dies aliquot jacuerit semi-
 vivus. In eadem domo cum multum straminis Pl. 8ff.
 esset, id totum in minutissimas partes commi-
 nutum est, denique haec et id genus alia cerne-
 bantur pleno terroris, quae non obscure, quan-
 tum sibi jus in iis aedibus sumpserat Sathanas, + plius 8ff.
 indicabant. Ingressus in eas is, quem didi, sa-
 cerdos cum comite altero, aqua benedicta thureque
 adhibitis, expiavit, quo exorcismo omnis tu-
 multus daemonum conquiescit, id quod multis
 deinde gratis aedium Domini testati sunt. // Absatz?
 Obita sunt de more finitima loca, quae quantis 12. f. 2 in 100.
 ad christianam vivendum sint destituta praesidiis, Nōth.
 vix credibile, nisi peropederis, videatur. Cum B.
 Magdalenae monasterium, de quo supra didimus,
 multos habeat sibi subjectos pagos, faciendum
 sibi nostri putarunt, quoniam ejus loci cura ad
 eos pertinet, ut acceptis a monasterio litteris, quae
 procurationis sibi traditae fidem facerent, eos pagos,
 qui septem numerantur, obirent: tanta est autem
 in iis religionis incertitia, ut in uno pago, qui
 precationis dominicae formulam teneret, duntaxat
 unus, qui vero crucis imprimendae sibi rationem

↳ inf. duntaxat: in
Sūmitol.

↳ [Parti]
referret
Sūmitol.

inventus sit nemo; in alio vero pago tanta item rerum divinarum ignorantia, tanta vero ingeniorum tarditas atque hebetudo, vis ut aliquid summo labore studioque percipiant. Lothavi, finitimi populi, parochis destituti, pastorem aliquem requirunt; cumque illis concionator accersiretur haereticus, nostri ut tanto incommodo obviam irent, epis ecclesiae procuratorem, dum aliquem reperiant idoneum, sibi deposcunt; quod cum a gubernatore episcopoque impetratum esset, vis eo sacerdos noster pervenerat, cum illuc eo tempore Lutheranus minister advolat. Nostrum autem quid illic rerum ageret percunctanti, nihil est, inquit noster, quod tibi indicem: hoc tantum dico, me et catholicum sacerdotem esse et gubernatoris jussu, ut sacrificem et concioner, huc missum. Tum ille frustra igitur hic ego ex-peditoque curru celeriter avolat. Haec sunt hujus anni praecipua, ut autem polliceantur initia operis est fore, ut Livonia intelligat universa, quam salutaris fuerit Societatis adventus: hoc praesertim episcopo et gubernatore, quo utimur sane propitius est autem idem episcopus, idem gubernator Georgius Radzivilus, is quem postea sua virtus in cardinalium collegium cooptavit, qui quam bene de nobis meritis sit longum esset haec litteris persequi. Voluit tota spectante

↓ Punt?

↓ Punt

indit

↓ i

↓ iug

↓ Romā?

↓ Punt?

↓ Romā

↓ Romā

↓ Punt

↓ Romā

↓ Romā

civitate (id quod ante annum quinquagesimum nemo fortasse fecerat) sacros ordines in aede nostra suscipere ante vero quam suas Deo primitias offerret, ab administratione se paulisper abducens, in nostras aedes ad excolendum nostris meditationibus animum sese abdidit. Dies autem, quo primum operatus est sacris, totus est nobiscum traductus. Biduo triduoque post gravi magistratus edicto cavet, ne quis vel nobis vel nostris molestiae exhiberet, id edictum et pro templi curiaeque foribus propositum est et a concionatoribus promulgatum; acciditque periculum de ut tum mitteretur ad suggestum, cum forte quidam tota concione debachatus esset in nos, itaque uno eodem tempore calidum vomuit et frigidum bonus videlicet minister. Alius vero concionator haereticus cum audacius in nostrum ordinem injectus esset, statim mandavit episcopus ut vel corripiretur a senatu vel ante suum tribunal sistere: cohibitaque hominis insolentia ceteris obstricta = toribus silentium indixit. Quare nemo jam in catholicos invecti audeat. Sed non id agimus, ut hujus episcopi virtutem, cui nulla pars oratio reperiri potest, ocnemus, satis est hoc dixisse nec Livoniam tueri partem ullam catholicae religionis, nec Societatem nostram esse tutari ab improborum incurfibus sine ejus ope praesidioque potuisse. Nos enim preminimus adversarius, et ut pauca de multis attingam,

neque videtur

↓ Punt?

↓ Punt

↓ Romā

↓ Romā

↓ Punt?

↓ Romā?

↓ Romā

= ll.

quae invidiae causa de nobis illi confingunt, foeda cantua in nos componunt, dentatitque chartis in publicum propositis mordent, quibus non aliter responderetur, nisi aequitate animi ac patientia. E pagis Leonardus Rubemus, is, quem supra significavi, redibat, cum ecce tibi ad eorum interu templique valvas pagella maledica, cum hac inscriptione: Lungenbarde mentienti, eademque scheda iisdem referta maledictis affixa erat pro foribus aedium: quam quidem non est passus pater ullo modo refigi: nam alteram ord templi coemeterium boni refixerant: nec aliter frangendos putavit improborum impetus nisi silentio et tolerantia: ha res magis auctores reeleris irritavit, qui dedecori se sponte arbitrati sunt, cui fuerunt honori: cives enim multi cum infamem schedulam lectitasset, in eaque patrio nomen corruptum animadvertent. Pater, inquit, Leonardus, Leonardus erit, inuitis improbis et male. Dicit: illi vero semper sui similes nebulones. Itaque iacti illi confusique pudore nocte interpesta suis ipse manibus sua maledicta rescindunt, cumque in cubiculo pater quiesceret, illi de publica via cubiuli fenestris effractis lapideos ad deorum raudum panes offerebant: ter eadem nocte coniecta lapidum fregere fenestras: qua re conuictus Senatus

↳ Prin. Romina
↳ Prin. kl.

↳ quod. Romina.

↳ Romina
↳ Semi. kl.
↳ Prin. kl.

↳ ca.

↳ Prin. kl.
↳ Romina Romina?
↳ Romina

↳ Romina

↳ Romina. kl.
↳ Prin. kl.

↳ Romina

publicis ante curiam schedulis ei, qui auctores inuenerat, plurimum spondit argenti. Forter pro eorum cione didit, nostros quidem ut lapidibus peterentur, conuenisse, quia nequaquam satis essent populo ad poenitentiam suis concionibus cohortati fieri: tamen ipsis injuriam, quod non eo nomine peterentur: uolvas autem templorum ac fenestras privatarum aedium nihil tale conuenisse: se paratos mori, se nullo nisi aut summi pontificis aut regis imperio civitate cesuros. Senatus non destitit in auctores inquirere, coniectique sunt nonnulli in carcerem, qui tamen nostris deprecantibus, quoniam se abesse pernegabant ac crimine, educti sunt. Nobis itaque gratiae sunt agendae Deo, qui ut amicos nos interdum exercet, nec patitur sine laborum difficultate praeclearas res gerere, quo maiore postea mercede conpenset.

Torpatense domicilium, pg. 101 - 106.

Torpatum urbs est in extrema fere Livonia, Rigaae amplitudine par, loco plano et aperto, Suecis Moris: que finitima. Ea postquam ad nefaria Lutheravorum dogmata ab arita religione defecit, non sine diuino consilio saepe calamitates experta, saepe bello vastata, dum ad extremum solutis anno 1557 in deditio: nem a Moscho redacta est. Sed ubi eam Poloniae rex Stephanus anno 1581 cum maiore Livoniae parte recuperasset, nihil habuit antiquius, quam ut eam

↳ Prin. kl.
↳ Romina

↳ Prin. kl.

↳ Prin. kl.

↳ Prin. kl.

- uin -

- romina mit. D. p. o. -

✓ Munk

✓ Roms

ad fidem Catholicam revocaret; ad eam rem de societate complures a summo pontifice et patre generali, uti supra significavimus, petiit, non tamen plures duodecim impetravit; qui ipsi in duas quasi divisi colonias, ejusdem rogatu regis, partim Rige, partim Torpati morantur.

Torpatum autem sacerdotes 5 fratresque duo a provinciali deducti sunt decimoquarto Calendas Aprilis. Eorum adventum graviter tulerunt haeretici, ac pro concione Lutheranus quidam, cum promiscue inter auditores nostri laterent, defuitas miris modis depinxit, opusculos ajelat, in urbem advectos, sectatores, dignos omni contumelia homines denique, qui matrimonia instituta Divinitus prohibereat. Provincialis non minus de Societatis fama quam de animorum salute sollicitus, rem ad polonos gubernatores defert, nec ita multo post adducitur ad nos reconciliandi causa Lutheranus ille minister, cui provinciales mira quadam sinceritate quaecumque in nos vomisset, objecit. Negavit ille, ea de nobis a se dicta esse, sed aliorum se iis verbis voluisse describere. Pater hominem benigne admonitum eo deducit, ut quoniam nominibus a rege missis inferre conatus esset infamiam, ea quae proxime in nos discisset, consequenti concione retexeret, fecit et accurate fecit, ut plane ea nobis contumelia emenda fuisse videbatur.

✓ Roms

✓ Pimp

✓ Pimp

✓ Roms

Roms

✓ - -
✓ Summ

Redditum est postea regiae majestatis oeconomus diploma regium, quo rex templum nobis decernebat et cedes; ille vero tum benigne nos excepit ut solet, tum omnia nobis templa patefieri jussit, ut quod commodissimum nostris rationibus foret, eligeremus. Delectum est templum beatae Catharinae sacrum, cui amplum adjunctum est monasterium, quod septuaginta olim feminarum fuisse dicitur, atque ob eam causam, nostris rationibus muneribusque percommodum. Eum locum cum suo concionatore Estones occupabant; sunt autem Estones rustici paganique, qui lingua utuntur Estonia; quibus visum est sine dubitatione gravissimum e suis redibus pelli. Ergo ad senatum continuo querelae. Provincialis habito ad senatum colloquio docet non esse, quod quisquam nostris jure succenseat, cum quod daretur acciperent. Interim regiae majestatis oeconomus per internuncium mandat, ne quid nostris exproberetur in ea re negotii, quibus templum esset regio jussu decretum, eaque ratione dirempta lis est. Sed quamquam locus ut dicitur satis est ille quidem ad vitae nostrae rationes accomodatus; non defuit tamen virtutis exercendae materia; nam non modo lectis, stragulis, mappis, mensis, omni denique domestica suppellectili carendum fuit, sed artificibus quoque ipsis et materia, unde illa confici possent. Itaque illud restabat unum, ut sua quoque vita

commodisque contemptis, totus animorum salutem
commodisque serviret. Quattuor autem videtur
Deus societati nostrae genera hominum commisisse:
Germanos, Polonos, Estonos et Moschos sive
Ruthenos, quorum quisque sua utitur lingua,
Germana - cives, Polonica miles, Estonica rusti-
cus, Moschovitica seu Ruthenica Moschus. Ger-
mani, cum Lutherani sint, omnes partium inseci-
tia quadam, partium hominum metu abducti, a
nostro templo congressuque refugiunt. Estonos
sicut in tanta rerum vicissitudine integrali religio-
nis femina retinuerint, tamen et linguae ignora-
tione et interpretum idoneorum penuria juvari non
possunt. Concurrunt illi quidem ad nos quasi im-
pulsus divinitus, etiam eorum prohibente ministro
quem de Lutheri schola esse didimus, sed nimi-
um quod a nobis datur accipiunt. Deferunt ad
baptizandum infantes, baptizatique sunt multi,
et more majorum apostolorum aliquem sibi dari
volunt, quem patroni numero colant. Sal, cau-
delas, pomaeque recentia, prout anni tempus tulit,
ad nos afferunt, eisque ut benedicatur, efflagi-
tant. Nam quantum his benedictionibus tribuant,
vix credi potest: et merito; nam vel aqua ipsa
cui nostri rite benedixerint, miracula nonnun-
quam edidit et prodigia, ut jam vulgo haec de
nostris fama pervaserit, ~~quod~~ eis a Deo vix

✓ R. vms

✓ R. vms

2
Interpres.

tributam esse curandi, quoniam id ipsum aliter
interpretantur haeretici, qui magicis artificibus adseri-
bunt omnia. Mulier, cautionibus prope et venefi-
cis enecta, aquam benedictam cum perpotasset, mul-
tum virus evomit. Alius ejusdem asperzione aquae,
tum etiam cereis divini agni simulacris foeda spectra
a se repulit, eodem curationibus comitiali morbo
liberatus est puer. Rusticus octavum jam annum
cum movere se loco non posset, eadem aqua ad-
missa laborat enim a nothris multa milia passuum,
postridie suis pedibus, ut pro involuntate sua
gratias ageret, eo contendit. Quidam vero cum et
multos in itinere amisisset equos, et ille ipse, in
quo sedebat, graviter aegrotaret, hac ipsa aqua,
a nostris accepta, et sibi medicinam fecit et equos.
Erant et lacus aliqui spectris infesti, quos ut quietos
accolere redderent, in eos vel pecudes jaciebant vel
sanguinem fundebant humanum: nostri, hac su-
perstitutione damnata, lacus illos lustrali aqua
perspergunt et Christi crucem prope defigunt; ita
omnis sedatus est terror: omnia depulsa sunt
spectra. Germani, quoniam ex ea natione de Socie-
tate sunt quattuor, et privatis sermonibus adjuvan-
tur et publicis, quamquam ad conciones ob eam quam
dixi causam ventitant rari. Polonica concio fre-
quentior, eaque festis diebus horis matutinis ac
pomeridianis habetur: ita effectum est, ut Poloni

✓ Semel

Interpre-
tatione.Interpre-
tatione.

multi nonnullique etiam Estones communicant.
 Quod ad Gymnasium pertinet, quoniam nunc pri-
 mum patefactum est, auditores numerat fere 30,
 et quamquam plerique Germani Liberos suos, ne
 Catholici fiant, mittere verentur ad nos, tres tamen
 ex eis missi sunt; reliqui Poloni omnes: in ^{illis} ~~illis~~que
 nobiles ac primarii. Nactenus de rebus urbanis;
 nunc tantisper ex urbe migrandum. Duo sacerdotes
 assidue animarum causa peregrinantur, eorumque
 opera multa praeclare constituta sunt. Praefectus
 quidam arcis omnes amicos militum abegit ex
 arce. Duo item ab haeresi, & autem a schismate
 revocati. Nec tantum cum Dominis aut militi-
 bus actum, sed etiam cum Estonibus rusticis, qui
 partim ad ipsas pertinent arces, partim itinori oc-
 curebant. Missae sacrum vel sub dio cum un-
 braculis, vel domesticos intra parietes ^{scilicet} ~~scilicet~~
 enim templa) celebrabatur; idque eo majore gra-
 tulatione, quo longiore intervallo peractum non
 erat. Infantes expiati baptismo tam in orbe
 nostra quam in villis, circiter mille. Mno die
unus e nostris centum et sexaginta lustravit.
 Sed quod maxime admiratione dignum est, cum
 tam multae tamquam desertae regiones obirentur
 a nostris, nullo unquam dicuntur equisse iratis,
 tum quia arcium Domini iis, qui suo parent

V. N. omni

✓

✓

imperio, dederant in mandatis, nostros ut honori-
 ficè humaniterque tracta^{rent} ~~rent~~, tum quia rustici
 ipsi beneficii loco numerant, si apud ipsos vel ad
 honorem nostri divertant. Ubi autem nostros quo-
^{piam} concessisse compererint, eo subinde quamvis
 longe positi ipsi convolant, ut vel ritu catholico
 baptisent infantes, vel caeremonias in baptismo
praeteritas supplerant, vel denique apostolos de
 more distribuunt, neminem enim apud se patiuntur;
 quaecumque sit aetate vel sexu, quin apostolum a
 nobis aliquem patroni loco suscipiat, quem mo-
 rem traditum a majoribus cum ministri Lutherani
 contemnant, facile deseruntur.

Col. 5. Devert.

Anni 1585, Romae in Collegio ejusdem Societatis
1587

Provincia Polonia (pg. 201)

Sunt in amplissima Poloniae provincia trecenti
circiter et sexaginta de nostris. . . . Rigae
undecim . . . toti denique in Derpatensi collegio.

Rigense et Niesvicense collegia.

pg. 216 - 220, lin. 10, no. 3. Unip. ult.
Riga pp. 100.

Rigae assidua divini verbi praedicatione non so-
lum apud Polonos et cives, sed etiam apud Germanos

et Lotavos valde proficitur. Rutheni amplius decem
 haeretici duodeviginti dederunt manus. Fuit in his
 publicus sectae minister, qui et publice haeresim
 ejuravit et parentem suum, qui ministri quoque
 manus obibat, inducit, ut a sacrilega Eucharistiae
 administratione se contineret eamque ministrari pe-
 teretur a nostris. De Lotavorum et Pagavorum in
 praediis nostris concursu nihil attinet dicere, in
 quibus quidem sacramentorum et concionum po-
 sulo sustentandis, ad morbum usque saepe no-
 stri defudant. Nihil de Pontificii Jubilaei fructu
 commemorabimus; quae res, ut plerique visa est
 infolens, ita fuit omnibus salutaris. Ne omnia
 quidem pro animis suscepta itinera numerabi-
 mus, non minus frugifera quam laboriosa.
 Volmariae, quae futuri episcopi sedes est (non-
 dum enim episcopum suum Livonia viderat) co-
 cernitur in incolis pietas, ea fiducia, ut si quis
 non modo hominibus obesse senserint, sed suis
 etiam jumentis, continuo ad sacerdotes nostros
 medicinae causa confugiunt. Nonnulli, cum
 infici contagione pecus animadvertent, ea-
 daveria et exuvias extincti pecoris afferebant,
 ut misericordiam captantes, pro vivo pecore pre-
 ces elicerent: Convenitque eorum in Deum
 fiducia, ut aqua rite benedicta perniciosam
 potata depelleret et cadenti pecori subveniret.

↓ ofua Konia.

↓ Semia.

↓ Konia

↓ Pruplov. Semia

Quin ipsi quoque haeretici, quamquam palam
 ritus catholicos in honore non habent, clam tamen,
 ut multorum negotationibus medeantur, ejusdem
 aquae causa ad nos mittunt. Itaque hoc quoti-
 dianum et solemne nostris est, ut aquae, fali ac
 frugibus benedicant; et, quod admirabilius est, ↓ Semia.
 deducuntur interdum ad mare balticum, ut obno-
 scia veneficis retia sacris carminibus erpient; ↓ Semia.
 interdumque fit, ut cum in frustra in capicadis ↓ Konia?
 piscibus laborarint, subito ad patris adventum
 magnam vim piscium capiant. Ad retinen-
 dum autem hominum pietatem nulla a nostris
 praetermittitur caeremonia: decernuntur domi
 porisque supplicationes, in quibus ad varia templa
 frequens populus coit; cumque hujusemodi sup-
 plicationem in praedio nostro facentis noster instituit ↓ Pruplov.
 et per fata supplicantium agmen ac pompa procederet,
 stomaehari nobilis matrona coepit, seu propter agri ↓ Konia?
 sui vicinitatem seu propter religionis dissimilitudi-
 nem; graviterque suos sustios accusavit, quod ad
 eam multitudinem sese aggregasset; sed mox seu ↓ Semia
 fit iracunda femina, quanti catholicorum fasciculi
 sint ritus; nam cum ejus fata continentia sint ↓ Semia
 nostris, de coelo tacta penitusque ablata sunt illa, ↓ Semia
 cum haec intacta atque illaesa permanerint.
 Tam laetos rei catholicae cursus non ferunt aequis
 oculis adversarii; perstreperunt in suggestis, de- ↓ Konia

↓ Pius.

↓ J. K. Pius ↓ Pius.

↓ J. K. Pius

↓ Pius

↓ S. M.

↓ Pius.

backantur in circulis nihilque non indignant, ut
 apud populum nobis conflent invidiam: multi hae-
 reticorum ministri inveni pro concionibus in nos con-
 perunt et seditionum ac caedum nos auctores dicere,
 ut necesse fuerit, propostis de religione questionibus
 eorum audaciam reddere cognoscere; at praecelari
 doctores, nimis hisce perterriti, abnuere sine pudore
 certamen, negare sibi licere sua per ~~de~~ decreta no-
 biscum congregari, omni disputationis genere prohibe-
 ri, sive id stylo fiat, sive contentione verborum.
 Mibi haec non procedunt, dantur ad Senatum litte-
 rarum, ut sibi curae esse vellet non tam nostram con-
 tra petulantissimos homines causam, quam publicae
 communisque rei. Obstitit aliquantulum eorum
 audaciae Senatus et eis invidiosissimo Gregorianum e-
 tiam calendarium admisit; quae res mirum in nos:
 dum hostiles iras acuit; illi scholarum iudicem
 pro Gymnasii foribus affixum contumeliose re-
 vellunt ac lacerant, in eoque locum alia scheda-
 rum probra praefigunt sed, quod gravissimum est,
 cum minister quidam a Senatu severe monitus
 esset, ut se a turbulentis concionibus contineret, is
 tantum abest, ut dicto audiret fuerit, ut pro sag-
 gessu majores turbas fecerit; exacuit in maledicta
 et contumelias nostri nominis intemperantem
 linguam, ut rabie accensus populus in aedem
 nostram nocte illa, quam natalitia Salvatoris

↓ J. K. Pius

excipiunt, tum cum Divinis operabamur, irruerit
 inconditaeque vocibus ac clamoribus Divina cantica
 perturbavit, manus etiam in nostros injecerit, ca-
 pidibus, pugnis alapioque multavit, omnia denique
 per summam religionis contumeliam polluerit ac
 violavit, cumque recipiendi anhelitus causa, impro-
 bi sese e templo in coemiterium proximum contulissent,
 ostiorum exclusi claustris ex ipso coemiterio, chori
 fenestras lapidem imbre concutiant, ut de nostris
 sint vulnerati nonnulli. Diebus interpositis non
 ita multis, cum primum impetum vidissent irritum,
 alii alius in locis mille amplius de nocte, ut no-
 stras aedes everterent, conspirarunt; cum interim
 nostri ad placandum Deum sese toti converterent.
 Sed placuit Deo per honestos viros incitatae plebis
 impetum continere, tum cum machinas ad everten-
 das jam diffrendasque collegii fores admoverat,
 eodemque tutore atque adiutore Deo, crescente postea
 in urbe tumultu, gravia sunt evitata pericula;
 ut crebris jam documentis appareat, quantal sit ipsi
 Deo curae nostrorum salus, quos toties ab impro-
 borum conatibus consilioque defendit.
 Tamen in tanta facinororum ubertate non desunt
 qui sua nos pietate colentur, et, quod in minacu-
 lis est habendum, superant etiamnum virgines
 sacrae duae e Cisterciensi familia, quae beo ipsis
 annis, quibus Lutherus haec vixit, nunquam a

↓ J. K. Pius

↓ S. M.

↓ J. K. Pius

religione Catholica desciverunt; eorum altera centesimum, altera octogesimum excedit annum: ea vitae sanctissima ac pietate ambae, ut de status suae ac familiae jejuniis in summa senectute nihil remittant: sacrificiis omnibus, quae in ipsarum aedibus et quattuor interdum peraguntur, nihil genibus semper adsint eumque proclive in gravissimo eorum tumultu rogarentur a nostris, vellent ne tantisper, dum pacatae res essent, in praedictum quoddam, ne quid incommodi paterentur, abscedere, praecipere negarunt, certae potius de vita, quam de coenobii disciplina discedere, gravissimum testimonium veritatis, vivum et opinans adhuc in adversarios, sed effrenata peccatorum licentia et infauste libertatis amor in tanto splendore lucis non sinit dispicere veritatem.

Wohl, vita
Semikl.

fre - Semikl.

~~Derpatense~~ Derpatense (collegium) pag. 222 - 227. Derpati variis scholarum ordinibus academia distincta, auditorum quoque varietate et multitudine floret: celebratur a Polonis, Moschis, Estonibus atque Germanis, et in Germanis a Lutheravorum civium et senatorum Derpatensium filiis, quos universa societas non tam litteris atque doctrinis quam catholicis moribus ac virtutibus exhibendos censet: adhibet ad id scholasticorum, ut consuevit, praesidia, in quibus quotidie ven-

Opus Romae

Semikl.

it, quantum ad optimam juventutis educationem infert ponderis ac momenti; ubi autem ab erud. Fundus dicenda juventute discessimus, primae curae ad reliquum genus hominum referuntur; curatura nobis, ut proxime demonstratum est, non unum tantum hominum genus; nam cum hic ea nationum, quam significari, varietas sedem habeat, nulla, ~~Deo~~ Deo juvante, gens est, quae nostrorum operam officiumque desideret. Estones, qui ferme agricolae sunt, et propria ac dissimili caeterarum lingua loquuntur, licet variis subjecti sint dominis, nec iis semper catholicis, tamen eo usque in Catholica religione persistunt, ut Catholicos sacerdotes admirabili benevolentia ac veneratione prosequantur: hanc nimirum antiquam fidem asserunt et praeter caeteras, atamandam, hi de longinquis saepe locis in equis quadrigisque veniunt, ut secum aliquem de nostris avehant, qui vel missae sacrificium apud se peragat, vel spectris obnoxias aedes sacris ritibus explet, vel denique quidquid ad victum adhibent, bene dicat. Sed cum in omni loco promptam Societatis experiantur operam, tum in excipiendis sacro fonte puerulis, a quibus excepti sunt hoc anno mille circiter et ducenti plurimisque adhibital caerimoniae, quas in eorum ante baptismi sacerdotum incuria praeterierat. Habent Estones in agris suis templa complura, locorum

monum.

NB.

Semikl.

Konik

(nam hunc dicit)

F. d. f. v. p. d. in
v. p. a. g. i. s. u. t.
m. p. s.

intervallis valde diiuncta, quae caelestibus dita-
 ta muneribus et juniorum pontificum indulgen-
 tiis, statis anni diebus maxima frequentia ce-
 lebrantur, huc illi nostros evocant, ut ad pa-
 ratam iam messem advolet et Christi condant in-
 morreum: ita fit, ut Estonum tantum causa in
 varia loca saepe fit excurrendum; septuaginta hoc
 anno institutae sunt profectiones, non nostrorum
 minore, quam ipsorum Estonum voluptate. Afferit
 peregrinandi utilitatem cum minime dubia ani-
 morum utilitas, tum finera hominum benevolen-
 tia, quam in excipiendis maxime nostris mu-
 niendisque liberali viatico praesferunt, ut iam
 nostri quocumque ad Estones se convertant, iti-
 neris subsidia non requirant, simul ac cognitum
 est ad ipsos patrem aliquem accessisse coepisseque
 Christianae leges explanare principia, confestim
 per internuncium pagorum vicinitas admove-
 tur: ex iisque complures ad accipiendam salu-
 tarem doctrinam momento convolant, et sic
 ubi nocte nostra ille confedit, prima ad eum
 luce conveniunt, ut vel sacrificantem videant
 vel aliquid de catechismo perdisceant.

Atque hic Estonum ad nos concursus non minus
 est domi, quam foris: adeptus est concionator
 noster Estonicae linguae usum, barbarae illius
 quidem et peregrinae, sed tamen ludibundus

↳ pinn
 + brighten
 brigantiam
 (baptizandam)
 ↳ pinn
 ↳ Roma

↳ brigantiam

↳ Ruus

et tam nullo tempore vel negotio, ut eam Lutherani
 negent sine magicis ab eo artibus potuisse perdiscei,
 infestis quippe oculis tantam auditorum in aede
 nostra frequentiam Lutherani cives aspiciunt, proe-
 sortim quod eadem concionis hora ~~alio~~ suas
 alia in aede minister conciones pestilentes habet:
 tribunt et praestigis daemonum pulsos & corpo-
 ribus morbos, ut aquae rite benedictae vires
 caereique igni, quibus illi pelluntur, infir-
 ment. Sed fecit cardinalis Radzivilus, ut de-
 jecto de concionandi munere Lutherano ministro,
 qui haec in aures multitudinis infundebat, heretico-
 rum ora comperceret. Sequuntur Poloni,
 qui huc post recuperatam Livoniam ab eorum
 rege Stephano commigrarunt: hi licet omnes
 catholici penè sint habeantque polonum parochum,
 quotidie tamen turmatim ad nos confluant vel
 sacramentorum causa vel sacrificii. Sunt et
 Poloni milites, qui in finitimis resident arcibus,
 quorum animis eadem curationes Societas ad-
 movet: amant illi nostros et complectuntur
 officii facileque se patiuntur, si quando de
 salutis cursu deflexerint, in viam reduci: itaque
 mira in multis extitit commutatio.

Sed ne Moschi quidem negliguntur a nostris. Hi proe-
 cum sequuntur schisma in religionis ratione, et ex his
 ad Latinarum communionem traducti sunt octo,
 habitaque in eorum suburbis non inutilis conciones.

↳ Roma?
 ↳ pinn

↳ cereique

↳ pinn
 ↳ pinn

↳ arcibus?

↳ pinn

↳ pinn

Restat postremum genus hominum Germanorum, et quibus sanam atque integram religionem, qui colant, perpauci sunt: sunt enim a Lutheris ple- rique et mutuo quodam impediti metu, a no- strorum consuetudine usque refugiunt: itaque vix unus et alter a magistro discessit: sunt tamen qui concionatori nostro dent operam, interdumque genibus nitantur in facris: leniuntur catholi- corum rituum observatione non pauci, partim sup- plicationum pompa, partim piis spectaculis de- lectati. Nec desunt haeretici, qui nostros evocent, ut vel parturientium periculis caereis opitu- lentur aquis, vel domicilia veneficis infesta perpurgent. Quin Lutheranus quidam consul patrem adduxit in praedium, ut et suis in aed: bus recens extructis sacrificaret et baptismis lustraret infantes, divinaque legis fontem subje- ctis sibi populis explicaret: quod ipsum ab aliis nobilibus Lutheranis est factum. Regius quoque Derpatensis economus, quamvis catholicae non assentiatur ecclesiae, mandat tamen ubique suis omni ut humanitate nostros excipiant: ipsi vero ad cultum domesticum ac sacrum non pauca contu- lit et pro viribus, ne quis de libertate nostra mi- nueretur, pugnavit. Extremo fore anno non pauca ad divini cultus propagationem sparsa sunt semina, constitutum est ex interpretibus semina-

↳ Suii.

↳ Suii.

↳ Suii.

↳ Suii.

↳ Suii.

↳ Suii.

↳ Suii.

rium, quorum nostri utantur opera ad explicationem doctrinae christianae: jamque in eo sunt, qui Lotave, Estonice, Ruthenice, Latine, Germane, Lituavice, Sue- tice ac Polonice norint: quae linguarum tanta va- rietas e variis finitimisque nationibus, quae huc conflunt, efficitur. Sunt et hujus collegii fun- damenta jam jaeta: acceptique ex ea, quae quondam fuerat, aere aliisque bonis annui redditus florenorum fere bis mille: addita etiam Silva caedua, mil- tis passuum millibus longe lateque vasta: et attributae rusticorum familiae centum circiter ac sexaginta, quod quidem in aedificium novi collegii commodissime cedet: adjunctae insuper aedes quaedam, coenobio, quod jam nostrum est, con- tinentes traditumque cum area ambituque do- morum ingens et augustum Dei matris templum quod a magno Moschoviae Duce, qui decessit, fra- tri regis Daniae, qui ejus nepti nupsit, ad Lutheranam labem relictum, Deus nobis videlicet reservavit. Sed Poloniarum regis liberalitas de familia nostra tam meriti, nequaquam satis ornari verbis et praedicari potest: is etiam ut quam plurimum Societates operas advocaret, vecti- galis nomine elapsi jam anni, florenos mille quingentos, partim numerandos curavit, partim frugibus persolvendis. Itaque in ipso Beatae Mariae templo ejusdemque Conceptae Virginis feris, quo die in possessionem templi venimus,

↳ Suii.

↳ Suii.

↳ Suii.

↳ Suii.

a votorum instauratione collegii sunt ducta
 primordia. Vix dici potest, quam haec rerum
 conversio eos, qui praefectis arcibus subicieban-
 tur, delectaverit, maleantes multis partibus
 societati nostro, quam regis parere praefectis.
 Itaque campanam, quam annis ante 30, haec,
 reticorum Morchorumque causa in terram alte
 defoderant, effoderunt, ut alteri templo, quod
 praedio nostro adiunctum est, refui esset, alteram
 item olei annos etiam ante triginta sublata
 e templo, demersam occultaverunt in fluvio,
 certa spe nisi, aliquando fore, ut redatis diu-
 turni belli tumultibus, religioni catholicae
 deserviret. f. Atque haec sunt Collegii Der-
 patensis initia, postremi in Europa praesidii
 ad orthodoxam fidem vel retinendam vel
 propagandam. Nam praeter vicinum Suetiae
 regnum per amplae nos attingunt Moscorum
 provinciae; quam commode ad ipsam Moscam
 ejus imperii metropolim non longis itineribus
 adiri potest: ea autem cum inter Europae Asiae
 que fines sit interjecta, iter aperit nostris ad
 reliquos in Indeam fratres. Nec vero Moschi
 qui extra Derpatum in suburbis mercaturam
 exercent, a nostris abhorrent: quin ea est so-
 cietate apud illos opinio, ut Germanos, qui
 hic versantur, haereticos: nos antiquae fidei
 homines et religionis appellent. Id igitur re-

Ulyss

V.

stat unum, ut complures fratres in partem sa-
 bonis veniant, et quae tam pulchre per reliquos
 hujus vineae cultores orsus est Deus, sua augeant
 et propagent industria.

Litterae Societatis Jesu
 duorum annorum 1586 et 1587
 Romae in collegiis ejusdem societatis
 1589.

pg. 129, l. 1-24.

Provincia Polonica.

Polonia constat speciebus trecentis uno et qua-
 draginta, Collegiis duodecim, quorum nomina
 haec sunt: Braunsbergense, Sultovienense, Vilkneuse,
 Posnaniense, Jaroslaviense, Claudiopolitanum,
 Polocense, Lublineuse, Rigenuse, Callifense, Lie-
 quisense, Derpatense. Quibus duabus, quae
 sunt Craeviae. Probationis una, Altera, in qua
 ex eleemosinis vivitur. Residentis tribus: Al-
 bae Juliae, Varadinaensi, Hocolmiciensi. Leopoleosis
 namque et Sedavenfis nunc inter missiones nu-
 merantur. Ad quas totidem accedunt: una sci-
 licet in aula^(m) Serevissimi Regis Poloniae et in
 aulaque Illustrissimi principis Transilvaniae,
 altera. In universa provincia mortem hoc biennio
 e nostris obierunt 7 et 30. In societatem cooptati
 undecetoginta. Jam vero, quoniam difficile est
 una subductione quot in singulis versati sunt sedibus
 hoc toto tempore revocare aut dicitur, ad calcibus;

quasi ~~et~~ satis habuerimus ipso initio haec de
omnibus generatim attingere, singula deinceps
quantum fieri poterit, enucleare explicemus.

Collegium Rigense

pp. 167-178.

Sequitur Rigense collegium, de quo tamen quid
fuerit potius, quam quid sit, effari licet; cum
anno proximo fuerint nostri seditiosae tumultu
plebis ejeti. De hoc antequam scribimus, quo-
niam et in urbe ipsa et multo magis in pa-
gis frequenti excursionibus effectum aliquid ad Dei
gloriam, ibimus breuiter per capita, tum vero ad
relegationis, ut ita dicam, historiam seriemque
ueniemus. Habebantur olim in templo diebus fe-
stis conciones quatuor, Germanica, Polonica,
Lotarica, Latina, et ut in eo faxato, non medi-
ocri cum fructu. Ad ecclesiae communionem
ut urbanos paganosque confundam, redierunt
minimum quadraginta quattuor, ab haeresi se
receperunt unus et viginti. Nonagintatria con-
jugum paria, qui mutuo tantum conueverant
conuou, catholicarum caerimoniarum legibus
adstricta; baptismo lustrati centum; detestati-
coram sacerdote superioris vitae flagitia bis-
centum. Non ignoro haec ampliora dicendo po-
tuisse fieri, et peraeque addi posse de insigni rusti-
corum pietate et piscatorum; cum et illi nostros
orent, ut herbas, salem, frumenta, aquam, agros

prosequantur precibus; hi ut retia, quo impetrato,
mors ^{bos} illi averti a corporibus, a satis gran-
dinem, pestem a pecore; hi vero beneficiis solui
retia profitentur. Sed de his sileatur pro tem-
pore, quae et aliis perscripta sunt annis, quae-
doquidem ea urgent proprie, quae hoc biennio
occiderunt. Persequar enim per summa
rerum fastigia cum ordinem, quo sunt nostri
Riga expulsi. Ad quod tamen narraudum non
aggredior, antequam repetiro, a quibus veni-
bus tam fertilis in hoc vulgo adversum nos ed-
creverit ea seges malevolentiae, cuius denique
maturitas in proximum annum erupit.

Riga in Livonia est eo terrarum tractu, qui ma-
re contingit; urbs per multos ante annos Lu-
theris veneno infecta: duo ipsa dividatur in ge-
nera civium, in Optimates (Senatum appellant)
et plebem. Magnum semper illorum fuit jam
inde a principio constitutae in ea urbe societatis
erga nos studium, magna amoris significatio.

Plebs contra, ministrorum nempe inflammata
facibus, nostrorum adversari omnibus consiliis
et factis; ut jam non esset tutum iter die me-
dio per urbem; neque enim erat obcurum in nos
strum, idque insitum penitus et inustum in animis
seusibusque multorum; quo ita ferebant fere-
banturque, ut palam execrarentur, pestemque
omnibus exoptarent; nec maledicta profunderent
modo, sed illud etiam studio sibi haberent, terrere
nihil referentes intentu palmorum strepituque
scloporum, et tumebant illi quidem, et in cir-
culis publicisque turbulentis caetibus sese mutuo
incitabant, nec audebant tamen in nos facere

V. Rigen. ^{Tamil.}

1007.

V,
f.
V,
V,
V,
V+

V,
V,
V,
V,

impetum, vivente Stephano rege, patre et patro-
no nostro, sine simulatione causae, quam nec
meditari poterant verisimilem, nec eloqui pro-
babilem, alebatur interea nocendi cupiditas ab
haeresi, nutricula illa oeditiosorum, quorum
rabula pro suggesto in Pontificem Maximum
nosque, qui essemus de ejus grege, turpissime
invehantur; oblatum est autem nescio quid
primum, unde parva e scintilla, incredibile est,
quantum exarserit incendium. Interdictum erat,
quod nos non fugit, adolescentibus aditu nostra-
rum scholarum; sed adolescentuli aliquot nihilo-
minus clanculam ventitabant; ex his erat, ad-
mirabili indole virtutis atque ingenii, Bernar-
dus Echius, Burgravii Regii, id est ejus, qui
regis personam in hac urbe sustinet, filius; in
cujus optimam mentem ita se Deo infudit,
ut et omnium primus sit confessor, et alios
quinque aut sex ad nostras scholas adduxerit;
tam virili profus constantia, ut cum virgis
propterea caesus esset in schola Lutherianorum,
nihil remiserit de priore proposito, plures po-
tius secum attraxerit. Non posse hoc ferre ad-
versarii; itaque consilium captum de adolescentu-
lo Gedano per studiorum causam amandando.

Fit mutatio loci, non ingenii, hic nempe et si per
annum obsessa a magistris cesavit praeclara ado-
lescentis virtus, occultis tamen ottonibus venire

26
interdum ad nostros, ibique clandestina confessione con-
munire pectus et aequalibus exinde Sedanensibus non-
nullis persuadere, ut Sedano relicto, ad nostros in
Braunshergense collegium se conferrent. Sane igitur
virtus lucebat in tenebris, quamquam enim sedu-
lo obstrueretur, ipsa tamen obstructio non erat ita
obducta, quin per aliquas interdum structuras prae-
stringeret oculos invidiorum. Ipse quidem in loco
sermonis anfas dabat, quibus curiosum suspicio-
sumque illud hominum genus, qui hoc unum agebat,
reconditos ipsius sensus tenere posset. Itaque et
circumvenire adolescentem insidiis et impugnare
argutationibus; quas utraque, Deo adjuvante,
aetatem vincente prudentia, refutabat. Frusus
vero has eorum machinas ubi agnovit adolescens,
sepe penitus aperit et catholicam religionem con-
fiteatur amplexum; cum qua aut vivendum sibi,
aut pro eo moriendum. Hanc post generosam
confessionem, injuriis plurimis affici et appeti con-
tumelias, quas pro fide omnes sequo animo libentique
tolerabat. Denique ut constitit omnibus, ejus virtutis
animique firmitatem expugnari non posse, timore
videlicet ne alios abduceret, saltem ut alio ab
eorum oculis concederet, si auctores fuerunt. Haec
interea adolescentuli fidei et constantiae fama Ri-
gam implet, atque ut ~~et~~ longinquo major, accen-
ditque animos malevolorum, qui intus coquebant
confilia, intentique omnes aucupabantur occasiones
odii exprimentis. Hic et ad senatum accurrunt,

onerant senatorum aures conviciis et querelis: contemni a nobis secreta civitatis, corrumpi juventutem papistorum disciplina. Enim vero omnibus motis opprimendam, ne serpat longius, tam impotentem audaciam. Alleguntur ad nos continuis a senatu et a plebe quaterui; Edicunt et interdiciunt gravibus propositis poenis, ne puerum omnino aut adolescentulum quemquam, non dico ad gymnasium, sed ne admittamus quidem ad colloquium. Eadem opera quaerunt de patre rectore, quot ii fuerint, quorum audierit confessiones, quot communicaverit. Verum toleis responsum datum est, ut praeciderit omnem ejusmodi interrogationem. Perlatio hujus rei nunciis, neque enim erat obscura aut occultari poterat, ad regem, eumque ita percussit, ut Reges statim accersi puteret; qui non ausi sunt in conspectum ejus venire sine litteris nostris, quibus daretur testimonium egregium, ut dicebant, eorum erga nos voluntatis, certe quas veritas ipsa ac temporum ratio expressit, et quamquam iusto regis rescissa publica omnia contra nos decreta coram Radivillo cardinale, pristinaque nobis pura reddita; Apparebat tamen consopitum potius ardore illorum odium, quam sepultum; flammamque excitaturum statim ad ut aura existeret aliqua, flabello augenda ministrorum, quam arte captabant. Sed hoc tempus nimium longum

i. oris. pap: allegantur.

f.

v

v

li. - li.

v

videri. Falsum igitur subornant testem et promissio dneratum et pecunia, qui rectorem contra et senatum testimonium dicat: a Senatu scilicet ad patrem rectorem litteris missis, dono datum societati armamentarium urbis, quod est collegio continuus, appellationem collegii fundationem, quam rex ipse statuerat, summum denique templum pretio venditum. Verum ille idem vir gravis et testis egregius, qui id aliquam veri speciem haberet, comminiscitur, et litteras illas in cardinalis aula recognitas et confirmatas fuisse, nominat deinde alterum testem, virum quidem non ineruditum, quippe candidatum juris, sed infirmum gerentem animum timidiunque natura. Nec primum negare quicquam sibi compertum esse, sed rapitur nihilominus in jus ad praetorium plebis: circumstant nomine licitorum, adest carnifex, expediuntur tormenta, proponitur gladius, ni verum, id est quodcumque collibitum esset illis, sponte fateatur: haerere ille etiam nunc tremens ac metuens omnia; tandem ubi rem videt feris geri, eum animo coeget, ut didimus, humili ac demisso, aliorum infamia redemit periculum suum; Exultare confertim plebis insolenti laetitia per urbem volitare, portas claudere, emisarios longo agmine ad nostrum collegium adducere. Interrogatur rector, praesente iudice, quaestio: num de commentitiis litteris: negat quicquam de his scire, furere illi et minari graviora, intraque collegii septa a geminis cohortibus in cubiculo illorum custodiri jubent; ad eum vix uni ad necessaria ministranda corpori patebat aditus, et si pater

v

v

v

v

v

v

per duos eos dies, quibus res tanto erat in discrimine,
apud ipsos etiam custodes in magna dignatione fuit
ut ne verbum quidem paulo sequius accideret ad
aures; quamquam se ipse parabat hoc tempore
ad mortem magno animo appetendam; jam enim
geminum illud pars testium, quorum hic metu ha-
bebat adstrictam linguam, ille mercede, praeda-
rum testimonium suum jure jurando scriptoque
firmaverant. Itaque cum a iudicibus non au-
dieretur, nisi si loqueretur quae ipsi vellent, per-
brevis ad civitatem dat litteras suae testis inno-
centiae atque indices voluntatis. Tibi quidem
mortem, si pro defensione veritatis proque re-
natus incolumitate mori contigerit, immor-
talitatem futuram; videant proinde ipsi, quid se-
natus, quid regi, quid Deo iudici respondeant; Ad-
vocat: erant interea senatores ab illis civibus, qui
consecitarant multitudinem: Diligens agitabatur
quaestio de crimine litterarum, nec gratum respon-
sum eliciebatur: remittunt igitur nonnihil de fe-
rocia; portas urbis aperimus; noctu ad rectorem
in collegium explorant iterum ac scitantur. Ille
in eo perseverat, quod scriptum habebat in epistola,
quam ad eos miserat mane; quam epistolam, si sit
opus, vel sanguine meo consignabo. Tum illi, scire
se nihil licere sibi in eum, quia eorum vitio non
subisset; orare tamen, ut quae pro senatus defen-
sione dixerat, ea se pollicerentur eorum disceptato-
ribus regis esse dicturum. Immo vero, inquit, ille,

28
ut nulla adspargatur macula societatis meae,
si non dentur disceptatores, meo jure ego ipse portu-
labo. His sermonibus habitis, absolvent patrem;
omnium tamen ante injuriarum et maledictorum
verbis quidem expetita venia, sed re ipsa et factis
facillime impetrata. Quod ipsis quoque adverso-
riis, Lutheranis maxime, admirationi fuit, et id
se non facturos fuisse confirmantibus. Neque
enim id mirum, excipit rector, cum vestrum istud,
quod ebullitis evangelium, non pacem inter ho-
mines, sed jurgia et rixas ferat.

Credidit aliquis hic motum plebis confidisse; ^{lib: credidit}
sed res aliter habuit. Evocati paucis post diebus
non rector tantum, sed quotquot erant e collegio
omnes et singuli interrogati: totque venenti contu-
melias, praecipue rector: ita denique in omnes
foevitum acerbis, ut ea die (erat autem postridie
Nonas Februarias) nisi divina affuisset pro-
videntia, et quibusdam inieciisset mentem civibus,
ut ut arcerent turbam ab improbo conatu, con-
clamatum esset; sed quo infensum magis atque
infestum erat vulgus, hoc magis benevolis et con-
stanti utebatur senatu: erecti enim senatores
nostrorum magnitudine animi atque fidei, et
antea suadere discessum, et iumenta currusque of-
ferre, postea retinere avidius caeperunt. Ergo ut
saeva illa tempestas detonnit, comprehensi duo
illi testes a senatu, cujus causa conjuncta erat
cum nostra, atque sit is alter convictus conscien-
tia criminis, cum paulo negligentius aservoaretur,

arripita mulieris veste profugit, ad rectoremque
pervenit, qui quondam recesserat in villam
undecimo ab urbe milliaris, dum illae dilescerent
turbae. Ad hujus ille se abiecit pedes, mul-
tisque lacrimis sibi ignosci postulat: erigit ho-
minem rector, confirmat, reddidit ^{it} animum, et
bonum pro malo reddens, catholicis imbuit prae-
ceptis: qua de re etiam nonnulla in urbe prius
cogitavit cum illo; ita ut publice eo in loco abju-
raret ~~haeresim~~ ~~haeresim~~ haeresim, et vicinis lit-
teris, quas sua scripserat manu signoque ob-
narat, ad varios missis, falsum, quod dixerit
testimonium, revocavit: cuius quaedam offerri
visa senatoribus ad hujusmodi rei nuntio: adversa-
rii scilicet frangi et concidere animis, quorum
nonnulli, et architecti quidem sceleris, submi-
serunt ad nos viros primarios, qui pro eis de-
precarentur. Et hunc quidem rei exitum non
ipse solum cardinalis, sed alii etiam proceres non
pauci suo chirographo ac litterarum testimonio
confirmarunt: ut jam os aperire alii nec aude-
rent nec possent: accusare tamen ipsi credulita-
tem suam, se inductos ac deceptos dicere; a principio
aberratum; rem non fuisse optime cogitam. Ecce
tibi ab rege fulmen, litterae videlicet ardoris et
iracundiae et graves, quibus nobis factas injurias
severius ex postulat, easque eo habiturum numero,

29
ac si eis ipse affectus esset. Verum, ut difficile
est incitatum semel et in proclive labentem po-
puli rabiem continere, vis mensis abierat, cum
conjecti sunt in carcerem primores senatus duo,
dissipato sermone, quod iis auctoribus, temple
duo primum in regiam potestatem, deinde vero
in nostras manus venissent, eadem paulo post
producti in publicum, capite plectuntur. Ha-
rum rerum nuntio ad regem et ad nostros per-
lati in Polonia, rex ipse patresque nostri
missis ad patrem rectorem litteris, moneant, ut
concedat jam cruentae hominum irae: neque
enim ibi locum esse martirii, ubi nec ratio, nec
supremi magistratus auctoritas locum habeat,
cedat porro ipse, aliumque substituat sibi:
non de futuras alias de Ecclesia Dei merendi
occasionibus; neque id ex vano perscriptum; sta-
tum enim a viro sapientissimo atque homine
integerrimo Andrea Patricio Niderchio, Livo-
niae episcopo abductus est ad Livoniam totam
lustrandam, eamque roborandam in fide aut ad
impietate removendam. Quod opus

